



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus VIII. De Casibus occurrentibus tempore mortis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Sup. hoc in §. 1. M^ultum practicabilis est questio ista, & in Ref. leg. & in Ref. 131. §. aduersarios habemus; ideo sententiam affirmatiuam Sed ego, sed docent communiter DD. ita Lessius lib. 2. cap. 11. dub. lege eam per 13. n. 78. Sotus de iust. lib. 5. q. 10. art. 2. Villalobos in totam.

summa tom. 2. tr. 1. diff. 3. 6. n. 13. Fabrus de ref. in 4.

lenti. dif. 1. 5. q. 3. c. 4. n. 130. Salon. in 2. 2. D.

Thom. q. 6. art. 2. contr. 18. Nauar. lib. 2. c. 4. n. 288. Sayt.

in clavi Regia lib. 1. c. 6. n. 2. & 26. Mald. in 2. 2. tr.

7. c. 1. dub. 6. & alij quam plures penes ipsos. Probatur

hac opinio, quia in tali casu leditur proximus in re

magni momenti, quod merito agerimur ferre mili-

fieri. Nec valer dicere, quid taliter infamatus ius ad

famam non habet, quia sine cuiusquam iniuria, & abs-

que fraude eam possidebat, eaque adhuc diu fuisse

fructuaria. Ergo contra charitatem est, illum bono no-

nmine spoliare, praesertim si nihil commodi proueniat

de detractione. Ita Lessius, qui limitat hanc senten-

tiam. Primo, si ille partim curat se alibi infamari, quod

sepe fieri solet, praesertim si procul absit. Secundo, si

quis ob graue crimen fuerit publice punitus; tunc

enim sepe expedit talia ad edificationem narrari.

2. Sed ad tollendos omnes scrupulos, his non ob-

stantibus existimo probabiliter sic detrahentes non

peccare, neque contra iustitiam, neque contra charita-

tem. Et ita docet nonissimè Fagundez *prac. 2. lib. 5. c.*

3. n. 14. Vbi sic asserit. Vera sententia docet non esse

peccatum mortale, neque contra charitatem, neque

contra iustitiam, detegere notorium crimen facti, vel

in iuri, hoc est, vel per rumores, & famam publicam, vel

per sententiam iudicis in alio loco, & regione, vbi

ignorabatur, & personis qui nihil de illo sciebant, in

fama illuc breui, sive post longum tempus, sive nun-

In indice primo huius Tom. 8. lege Apendicem ad hunc Tract. 7. Vbi inuenies alias quam plurimas Diff. mis. & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. que simili pertinent ad hunc Tract. 7. de Furo, & Restitutione. ¶

TRACTATVS OCTAVVS DE CASIBVS OCCVRRENTIBVS TEMPORE MORTIS.

RESOLVTIO PRIMA.

*An moriturus licet respire medicamentum, dum adeat
spes salutis?*

*Et an infirmus teneatur parere Medico applicanti me-
dicinas, distincto praecepto obedientia, sed tantum prae-*

ceps, quo est adstrictus propriam vitam conservare?

*Et an infirmus, si comedat, vel bibat rem nocuam pu-
tans, vel non adverteat, quod ei nocebit, non peccat mor-*

taliter, immo si credat, quod ob id enuerit ei aliquod no-

cumentum, sed non magnum? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 135.

Sup. hoc su-
pta in tr. 5.
Tertio lici-
tum est
omittere,
cursim ad
lin. 4.



*E^RSPONEO negatiuè, notandum est tamè
hic obiter, licetum & meritorium esse vi-
ris perfectis respire medicinā in aliqui-
bus morbis, & doloribus grauibus non asserētibus per-
iculis mortis, v.g. in dolore passionis iliaca remedia
omittere ad profectum spiritualem & carnis mortifica-
tionem, & ad expiēdūm dolores Christi in passione.*

2. Nota etiam quod si infirmus comedat, vel bibat
rem nocinam, putans, vel non advertens quod ei noce-
bit, non peccat mortaliter, immo etiam si credat, quod ob

quam peruentura sit. Sic ille, qui validissimi rationib;
probat hanc sententiam, & citat pro illa Caet. tom. 2.
opus. 3. 1. resp. 9. Nauarum in summa c. 18. n. 16. &
Maiorem in 4. dis. 21. qu. 2. Hanc opinionem docet
etiam Azorius p. 3. lib. 13. c. dub. 8. & Villucius tom. 2.
tr. 32. c. 9. n. 235. qui se remittit ad Nauarum & Caet.
vbi supra. Et illam probabilem esse putat Nauarum in 3. part. tom. 1. q. 80. art. 6. diff. 3. 5. hac difficultate, nam opinionem contrariant, quam ipse tenet, vo-
cat probabilitatem.

3. Fundamentum vero contraria sententia, quod
docet Lessius, reprobat solide à Fagundez. Igitur
viatores abstinent à similibus detractionibus, sed
si detrahant non peccabunt mortaliter, ut patet ex di-
ctis, neque contra charitatem. Sed ad alia denunciari-

RESOL. LXVIII.

*An sit peccatum mortale detegere alterius peccatum no-
toriorum notorietate iuri, vel facti in aliqua causitate,
vbi ignorabatur? Ex p. 4. tr. 4. & Milc. Ref. 128.*

§. 1. C^{ontra} plures negantiam sententiam docu-
tum. 3. tr. 5. ref. 17, in cuius confirmatione
adduxi aliquos Doctores, quibus nunc addo Samellem 1.
Lublinum in summa ca. conse. ver. fama. n. 2. vbi sic art.
Infamatum aliquid iuridice, aut publice alibi proderet
non est mortale, nec vila restituiri obligatio. Ita illi, q.
& ante illum Emmanuel S^a ver. infamare, n. 5, igitur in
tali casu non peccatur contra iustitiam, neque contra
charitatem. Sed scio concordiam sententiam multos
docere, afferentes tales peccare contra charitatem sed
nostra opinio non est minus probabilis.

id euenerit ei aliquod nocumentum, sed non magnum,
vt dolor aliquis capitis, vel maior aliqui febris, non
peccaret mortaliter, quia nocumentum non est mag-
num, imò licet ex intentione illud intenderet, neque
etiam peccaret mortaliter. Sic docti iuniores, & haec
omnia docet Sanchez in opus. 1. lib. 5. c. 1. dub. 3. n.
7. & 8. cum Nauarro c. 11. n. 41. Caetano in 2. 2. q. 97.
art. 1. & alii.

3. Non desinam tamen hicnotare quod infirmis
non tenetur parere Medico applicanti medicinas,
distincto praecepto obedientia, sed tantum praecepto
quo est adstrictus propriam confernare vitam, & ita
docet Sancius in select. dis. 13. n. 8. & Salas de legib.
dis. 10. select. 1. n. 2.

RESOL. II.

*An famina etiam ignobilis in periculo mortis licet non
ostendere verenda Chirurgo?
Et quid, si medicamentum possit adhiberi ab offere-
re, vel alius forminis, an tunc virique teneantur fama
etiam nobiles illa sufferere, & verenda supradicti et
streticibus ostendere? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 138.
§. 1. Repondeo*

De Casibus occurrent &c. Resol. III. &c. 189

§. 1. R espondeo affirmative, cum Ioanne Sancio in *secl. disp.*, in 2. editione vbi sic ait: Ratione pudoris potest feminina recusare membra pudendi curationem cum probabili vita periculo. Ita ille & idem nouissime docet Sanchez in opus e. tom. 1. lib. 1. c. 4. Aub. 5. vbi docet feminam cancerem, vel alio morbo gravissimo in ventenis laborantem, non teneri sustinere curari à chirurgis, quia cum pudicitia sit tantum bonum, potest illam praeferre vita; licet possit sine peccato permittere curari, vide etiam *Leffium lib. 4. c. 3. dub. 8. n. 6.* vbi sic afferit. C. o. t. partium verendatur si fiat causa medendi, vel alia, quae censetur necessaria, aut iusta, nullum est peccatum: est communis sententia DD. talis enim contactus est honestus moraliter, quia consentaneus recte rationi. Nec refer quid interim aliqua delectatio, vel motus turpis suboritur, quia id est plani involuntarium. Aduertere tamen mulieres praesertim virgines, non teneri huiusmodi genus medendi in locis secretioribus à viris admittit, vt respondeat docet Nauar. d. c. s. e. n. 1. 5. Ratio est, quia nemo tenetur admittere curationem, quia non minus abhorret, quam ab ipso morbo, vel morte: at multa virgines pudica malunt tolerare morbum, vel mortem, quam à vita contingi. Deinde nemo tenetur admittere id, cui coniunctum est periculum turpis motus, aut delectationis carinalis, immo ad heroicum castitatis gradum pertinet malle mori, quam permittere in le turpes imagines, aut sensu villem libidinis. Hec Leffium, cui etiam addit nouissimum Baldellum *tom. 1. lib. 3. disp. 1. 5.* n. 5. & *Turcianum vbi infra concl. 1.*

2. Non tamen quid si medicamenta possent adhiberi obstericibus, vel aliis feminis, tunc vitique tenerentur feminae, etiam nobiles, illa sufficeret, & verenda supradictis obstericibus ostenderet, nam effarci in hoc casu rationes pro affirmatiu[m] sententia adducet, cum medicamenta non à viris, sed à mulieribus adhibeantur, ex quorum contactu, nec verecundia, nec motus sensualis oriri potest. Vide *Turcianum Summa part. I.c. 1. 6. 3. dub. 3. concl. 1.*

RESOL. III.

An sit licitum pulicare Campanas in signum, quod aliquis malefactor manu farca suspendendus sit? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 37.

§. 1. C um olim per quandam Italie ciuitatem pertransire, sensi per spatium serè integræ noctis campanam propè horpitum sonantem: & quia ex hoc dormire non poteram, quaesivi, an pulsatio illa ad aliquid describeret: responderunt in signum, quod eras malefactor suspendendus esset. Tunc ego maximè dubitavi, si campana illa esset benedicta, an licite hoc efficeretur: & tunc inueni ita prorsus sentire Franciscum Sylium in *resol. variis, verb. Campana.* Et quia casus est curiosus, & assertum mihi in multis locis accidere, vim sum et mihi hic per extensum eius verba apponere. Sic enim afferit. Quod situm est, An sacra Campana, hoc est, que sacro ritu sunt benedictæ, pulsari possint, sive ad conuocandum populum, sive in signum quod aliquis malefactor sit mortis supplicio plectendus. Respondeo non licere, cum hoc habeat aliquam indecentiam, quod res sacra ad usus prophani applicentur, eosque tales, a quibus per se exequendis abhorret Ecclesia, cuiusmodi sunt causa sanguinis. Accedit quod Campane benedicuntur pro conuocandis populis ad diuinum cultum, vel pro illis ad orationem monendis, arque sicut in Pontificali dicitur, ut cum melodia eam a multis insonet populum, crebat in eis deuotio fidis, procul pellantur infideli inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, temperentur infensa

tonirua, &c. Nequaque vero, vt finit signum aliquius vel ingulandi, vel suspicendi. Vbi tamen non est commoditas aliquius aletius campanæ, tolerari potest, quod yna ex sacris sue ex benedictis pulsatur in signum predicti supplicij: partim quia tunc est quedam necessitas, partim quia interuenit, aut supponitur confessus Episcopi, qui talis loci tenitatem, & qualitatem non ignorat.

2. Sed ego omnino dicatum in casu sonum campanæ populus excitans fundet preces pro bono transtulit delinquentis manu iustificandi.

RESOL. IV.

An si quis inueniatur laqueo suffensus, vel mersus in pecto, debet se pulicare in loco sacro? Et quid si confiteretur publice in Paschate non communicasse? Et quid si hoc sit occultum? Et an usurarius publicus careat sepultura Ecclesiastica? Ex parte, 5. tract. 3. Ref. 100.

§. 1. R espondeo quod primum negatiu[m]. Nec de- Quidad Ref. in to. 5. tr. 1. ex ref. 214. lege §. 1. ad medium, & signanter §. 2. sinam hic apponere verba Villalobos in *summa, tom. 2. tr. 3. 1. diffi. 3. n. 4.* vbi sic ait: [Acerca desto fe ha de aduertit mucho, que no hay hallar a uno en un pozo ahogado, o hallarle ahoreado, se le ha de negar luego la sepultura Ecclesiastica. Porque esta es pena, y en materia criminal, y no se deve dar, si no es, quando la culpa es clara y evidente, de manera que se entienda que el mismo se desespero; porque en causas criminales han de ser las prouanças mas claras que la luz del medio dia, como consta del derecho; y ya que no pueden aqui ser tan claras ha de haber fortíssimas conjecturas, pues se procede sin oyer la parte, y assi pudiendo ser que desfallezca a uno garrone, y le ahorecen despues por deslumbrar la justicia, o echassen al otro en el pozo no se ha de juzgarlo contrario, y si el vulgo se escandalizare, instruyale, que es facil hacerlo yn Predicador docto en vn sermon. Para esto es muy notable vn consejo de Nauarro, que rechiere tambien el Padre Fray Manuel, cuyo caso es de vn religioso que se havia confessado por la mañana y absuelto, y toda la mañana, y tarde estuuo alegría, y despues fué hallado en su celda colgado de vn lazo al cuello, ni bien colgado, ni echado, fino medio de rodillas ahogado cerrada la puerta, y preguntando si pudia, o devia ser enterrado en lugar sagrado, respondio Nauarro, que intrepidamente se deue decir, que no se deve negar a este la sepultura Ecclesiastica, porque no se deve negar a ningun Christiano, sino en los casos que estan expuestos en derecho, y deste no consta que el se ahorecase, ni se ha de presumir delito conforme a derecho, mayormente en delito tan graue, y contra la inclinacion humana, y o verdaderamente creyera, mas ay que este auia perdido a caso el juicio, que no al contrario, y Cotartuñas siguiendo a Socino junior dice, que el que se halla echado en el pozo no ha de ser privado de sepultura Ecclesiastica, que no se presume hauerser echado el, y al fin dice, que si con algunas conjecturas se pudiere presumir que no se mató el, o que etiaca fuera de si, no se deve negar la sepultura Ecclesiastica, lo qual se ha de notar mucho, porque se ha visto en esto muchos y eros, y ha de haber mucha cuidade para presumir de nadie que se mató el mismo, el falso en su juicio, digo mas, que se sucedesse que el Prelado supiese el secreto, que el mismo se havia ahorecido, o echada en el pozo, no se deve negar la sepultura Ecclesiastica, porque no le puede condonar, por lo que el sabe en particular, conforme a lo que se dixo arrua; y mas que deue hazer en esto mucha pronanca primero que le condene y hazer el aquellas partes del reo, sino es, que aya abogado, que buelua

por

Tractatus Octauus

190

por el, que quando esto falta, ha lo de suplir el juez, como dice vna ley.] Ita Villalobos, cui addit Marchantius in resol. pastoral. tr. 5. c. 3. qu. 4. cas. 3. Genusen sem in praxi Archiep. c. 61. n. 16. Barbofani de officio Parochis. c. 26. n. 46. & Iulium Lauorium in variis elucubration. i. t. 2. c. 12. n. 31. & 32. qui etia docent, quod si publice conster aliquem nos sumpsisse in Palchate Eucharistiam, priuandam esse Ecclesiastica sepultura, secus autem si hoc esset occultum, & ideo Villalobos ubi supr. n. 5. sic ait. [Se niega la sepultura al que es cierto y manifestio que no se confessò, o no comulgò vna vez en el año, conforme a vn texto; salvo si montrasen señales de contricion, o de la emienda, y basteria que alto se prouasse con vna testigo, conforme a lo que dice Siluestro con otros, y en otro caso lo diz vna gloria. Mas hase de aduertir que no luego que se sabe que no comulgò, o no se confessò le deuen negar la sepultura, que pudo confessarse con algun religioso, y mandarle que no comulgasse, y en duda no se ha de presumir, que se olvidó nadie de su salud.] Quando vero vñaturius manifestus careat sepultura Ecclesiastica, quia casus non est ita practicabilis nihil dicam: si fortasse accidet, confuse Vgolinum tr. de vñaturi. c. 24. §. 4. & seq.

RESOL. V.

An qui in ipso actu venereo correptus morbo amissit loquelam, & paulo post expirauit, si priuandus Ecclesiastica sepultura?
Et an moriens extra locum duelli sit sepeliendus in Ecclesia?
Et an omnes, qui moriuntur in peccato notorio, seu manifesto fine signis penitentia, ut mereetrices, concubinarij, usurarij, heretici, excommunicati, oratores, &c. sint priuandi Ecclesiastica sepultura?
Et an pro supradictis possint suffragia offerri? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 99.

Sup hoc hz. §. 1. R esponder negatiuè Hurtadus de Mendoza in 2. 2. dis. p. 7. 6. feit. 1. §. 21. vbi sic aferit. Erinnem communi- peccatum tumulare hereticum in templo? est enim to in tom. 1. Ref. 70. publicus peccator absque penitentia signo? autem 71. & 72. & eadem ratio de quois peccatore publico non penitente exterius, ut qui in torneamentis occubunt, aut pro torne- mentariis, ibi in ref. 66. 5. Verum. R espondet negatiuè Hurtadus de Mendoza in 2. 2. dis. p. 7. 6. feit. 1. §. 21. vbi sic aferit. Erinnem communi- peccatum tumulare hereticum in templo? est enim to in tom. 1. Ref. 70. publicus peccator absque penitentia signo? autem eadem ratio de quois peccatore publico non penitente exterius, ut qui in torneamentis occubunt, aut in aliqua actione moraliter mala; censeno eiusmodi homines (nisi le ipsos occiderint) posse licite donari Ecclesiastica sepultura, quia c. 2. de vñaturi in 6. facta restitu- tionis permititur la sepultura vñaturio absque discrimine quod egerit, vel non egerit penitentiam exterius, imo & pro eiusmodi peccatore video offerri sa- crificia (non ago de excommunicato) quia non sumus certi de eius damnatione, potuit enim converti absque signis exterius. Ita ille qui §. 2. contra Suarez in 3. pars. 2. 5. dis. p. 3. 1. feit. 2. n. 8. recte docet etiam pro supradictis posse suffragia offerri, quia Ecclesia confitare non potest vitrum internam non agerint penitentiam, & orationes publicas, & priuatas sunt ex hypothesi, quod ij. pro quibus offeruntur, sint in statu, in quo illis pro- finit.

2. Non desinam tamen hic apponere verba Villalobos in summa tom. 2. tr. 3. 1. diff. 3. num. 10. vbi sic ait. [Ay vna duda, y es, de vna muger publica que se havia confessado, y comulgado la Pascua, y fue hallada muerta a puñaladas en casa de su amigo, y no consto si murio contrita o no. En este caso se duda si se le deue negar la sepultura Ecclesiastica, y aunque parece que si, por vn texto donde se niega la sepultura al que fue muerto estando hurtando, donde se colige, que el que verisimilmente muere en pecado mortal, no ha de ser enterrado en lugar sagrado, y segun Abad, y Ananias

no se presume que muerer contrito el que muere ellendo cometiendo el pecado. Con todo esto Nauarre responde, que no se le deue negar a este la sepultura Ecclesiastica, porque no se fabe el intento con que el amigo la lleuo a su casa, pues la mato; y se ha de presumir que dixo Iesus, quando le dieron las puñaladas, y mostró otra señal de contricion y fuellen estos deitos Encomendad os a Dios que os tengo de matar, con lo qual no so le deue negar sepultura Ecclesiastica: y el texto citado habla del que fue muerto stando cometiendo el hurtado, y assi diria yo por este texto, que quando el marido halló al amigo de su muger en fragante delito, y los mató ambos, no deuen ser enterrados en lugar sagrado.] Ita ille. Sed in ultimo casu aliqui discrepant, nam, vt dicebat Nauarre, in alio casu prefundum est tales aliqua signa contritionis fecisse, ne mo est enim in illo casu immemor fuerit, tunc vt ait supra Hurtadus, potuerunt converti abique signis externis, ideo affluerunt contra Villalobos vxorem & amissum in flagrantem a marito occisos non esse punidos priuatione Ecclesiastica sepultura. Verum his non obstantibus Jacobus Marchantius in resol. pastor. 17. 5. de moribund. c. 3. q. 4. fol. mibi 639. docet priuandos esse sepultura omnes, qui moriuntur in peccato mortali notorio, seu manifesto, sine signis penitentiae & meretrices, concubinarij, usurarij, & qui in flagrante delicto occiduntur, addit tamen, quod sufficit viuis testis digne fides, qui attestetur dedisse signa contritionis, vt possint sepeliri.

3. Notandum est etiam hic obiter morientem extra locum duelli esse sepeliendum in Ecclesia, vt alibi cum aliquibus Doctoris satis probauit, quibus nunc addit Hurtadum in 2. 2. disputat. 170. feit. 1. §. 178. vbi sic ait. Negare tamen non possum, has leges, quamvis illustissime sint, esse quidem penales, & maxime acerbas ac propterea accipendas quam strictissime. Cum igitur Concilium Lateranen. dixerit, si ibi moriantur ac piedum videatur de ipso loco pugna Physico, & in sensu Physico, quapropter si quis extra palestram moritur, iam non moritur ibi. Confirmatur, quando in viba ponitur interdictum Ecclesiasticum, non ponitur in suburbis, quamvis vbi sit attiguum, quia suburbia sunt extra vibem, odia autem sunt restringendae ergo eadem ratio militaris de loco palestra. Confessum Tridennitum videtur accipendi physico, itavt ibi moriatur paululum post acceptum vulnus, itavt inter illud & mortem vix sit locus breui confessionis sacramentalis, quia ita moritur in conflicitu, qui verò itan moritur, moritur extra conflicitum. Cui facit pharsus communis. Haec sunt apertissima ad euellendos omnes scrupulos in duellatoribus, & torneatoribus humandis, que non audeo dicere non esse probabilia. Ita ille.

RESOL. VI.

An pueri baptizari in secundina, si illico moriantur, sint in Ecclesia sepeliendi? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 112.
 §. 1. Q ui negant Baptismum collatum infanti secundina induito, non esse validum, ut Valentia tom. 4. dis. p. 4. qu. 1. punt. 2. & alii, negabunt in loco sacro sepeliendum esse. Ego vero, qui cum Valquez in 1. 3. dis. p. 145. n. 31. & aliis vbi supra, in hoc contracta citatis, teno hunc Baptismum esse validum: ex ultimo consequenter talem puerum esse in Ecclesia sepeliendum nec aliter tenendum est; nam cum pro validate p. 1. Baptismi adit saltem opinio probabilis, qua ratione dictus infans debet carere sepultura Ecclesiastica?

RESOL.

De Casibus occurrent. &c. Resol. VII. &c. 191

RESOL. VII.

An quando dubitatur si ne infans baptizatus, scilicet eius sit in loco sacro, v.g. vi si infans fuerit baptizatus in secundum, pede, &c siue dubium sit in sufficiente, siue in conferente, siue in materia, siue in forma? Ex p. 4 tr. 3. Ref. 69.

S. I. **V**IT, s.v.g. si infans in pede fuerit baptizatus; & affirmatio respondendum est cum Homo-
bou*in consulto suum conscientia, volum. 2. parv. 7. re-
spons. 67.* vbi firmat hanc sententiam, scilicet baptiza-
tum. Baptismo dubio non esse Ecclesiastica sepulatura
priuandum, sive dubium sit in fulcipienti, sive in con-
ferente, sive in materia, sive in forma, & qui si superui-
xister, rebaptizandus fuisset. Ita ille, vbi etiam optimè
addit infantem secundum induitum, ac sic baptizatum,
in loco sacro esse sepeliendum, & adducit Bonacinan-
de *conr. diss. 3. q. 11. punt. 2.*

RESOL. VIII.

An si filius, & seruus impuberis moriendo non elegerint sepulturam, Pater, vel Dominus possint istam eligere? Idem dicendum est de aeo.

Et notatur, quod facultatem non habens eligendi sepulturam, in Maiorum sūorum sepultura humari debet. Ex part. 5. tract. 3. Ref. 107.

Ad hunc casum ita responderet Villalobos in summ. tom. 2. trall. 3. 1. diffic. 1. num. 2. [No vale la elecion que el Padre haze de la sepultura à su hijo impubere, fino es, haniendo costumbre en contrario à la tierra (la qual creyo en todas partes) como expresamente lo dice vn texto , por el qual lo tienen Silvestris Nauarro contra Hostiensis, y otros que tuvieron lo contrario , fundados en que el Padre puede hazer testamento por su hijo impubere y sus titulares, aunque sea en los bienes de su Madre, y está obligado à hazer el gasto de los funeralles, lo qual no obsta por haver texto expreso en contrario, y los Doctores que tuvieron la otra opinion , escrivieron antes que Bonifacio VIII. que fue autor de aquel testo, el qual ordendó así, porque las otras cosas que puede hazer el padre por el hijo impubere son temporales, y esto es cosa elpiritual, y lo mismo que dezimos del padre, se ha de decir del abuelo en este caso : y lo mismo es del Señor, respeto de su esclavo impubere, como dicen los Doctores citados.] Ita Villalobos, cui adde Bonacinam de contr. dispu. 3. qu. 2. 1. punct. 3. num. 8. Belletur in disquisit. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitore §. 3. nu. 17. Genuensem in praxi cap. 6. 1. num. 4. licet obseruat hanc confusitudinem non est in ciuitate Neapolitana, vnde standum est consuetudinibus locorum. Verum post hac scripta inueni sacram Congregationem Episcoporum in via Faglinem. 27. Octobr. 1587. decreuerunt sepulturam pro filio minori posse patrem in vita , non autem post mortem eligere. Nota etiam dictam sacram Congregationem decreuisse, quod facultatem non habens eligendi sibi sepulturam, in maiorum suorum sepultura humari debet , vt obseruat Barbosa de officio Parochi, cap. 26. nu. 28. vbi sic ait. Cum filia Antonij Scarpellini in minori aetate ex hac vita migrasse , Pirapositus S. Martini sub nonnullis Ritibus praetextu in eius Ecclesia illam sepeliri pretendebat, non obstante , quod illius maiorum sepultura in Ecclesia Fratrum Minorum Co-uentualium S. Francisci existaret. Quapropter sacra Congregatio Cardinalium negotis Episcoporum, & Regularium Praepositorum in una & fulcata 21. Octobr.

bis 1616. dictæ filie cadauer dictorum Fratrum Ecclesiae restituendum censuit, cum qui sepulturam filii eligendi facultatem non habet, in maiorum suorum sepultura humari debeat.

RESOL. IX.

*An si filios impubes moriantur sine sepulture electione, si
Maiores sunt sepulti in diversis locis, iste ubi erit
sepeliendum?
Et notariatur, quod ex viris, quae sepulchrum non elegit, sepe-
lienda est in sepulchro viri. At si datur casus, vi-
muli duos, vel plures viros habuerit, sepelienda sit in
sepulchro ultimi viri.
Et queritur, an frater fratri, Pater filio puberi, mater fi-
liis, vel tutor pupilli, aut amus nepoti, vel amicus post
sint sepulturam eligerent? Ex parti, s. tr. 3. Res. 108.*

S. 1. **T**raçat hanc casum optimè, ut semper solet,
Villalobos in *samma* tom. 2. trac. 3. 1. diffic. 2.
n. 4. vbi sic ait. [Duda es, si estuviessen el padre enterrado en vna Egleſia, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, o si estuviessen viños en vna, y otros en otra que se hauia de hazer en este caso? A lo qual respondó, que si el padre, y el abuelo estuviessen enterrados en vna Egleſia, allí se deue enterrar, aunque los demás mayores estuviessen enterrados en otra, como tienen Oldrado, y Siluestro, porque el derecho de la sepultura para los defuntos es como el domicilio entre los viudos, y consigue cada uno el domicilio, o naturaleza del padre o abuelo, y no de los de mas antepassados, como dicen los Doctores; También porque el adunarse las sepulturas nace del mucho amor, y este le ay mayor con los padres y abuelos, que con los demás aſcendientes. Mas si el padre está enterrado en vna Egleſia, y los demás antepassados en otra, deue enterrarse en la de sus antepassados, y no en la de su padre, como tiene una glosa, que sigue Abad, y Siluestro, y lo coligen de algunos textos, y si en vna sepultura está el padre, y en otra el abuelo, y en otra el bisabuelo, de fuer- te que en ninguna ay mas que uno de los mayores, en tal caso de derecho es devida de enterrarse en la Paroquia, porque no tiene sepulcro de sus antepassados, mas de costumbre se ha de enterrar con el padre, de la qual testifica Juan Andrez, y pafsa con ella Gregorio Lopez, y refiere Abad, que dice que tambien es derecho.] Hac Villalobos, cui addendum est Barbola de officio Parochi, c. 26. num. 31. & Iulius Laurius in *elucubratio* tit. 2. c. 1. n. 113. & 114. Ex his appareat non esse admittendum opinionem Lapi alleg. 59. vbi docet, quod filii pubes moriatur fine electione sepulturæ, esse sepeliendus in Ecclesia Parochiali, non autem in sepultura maiorum.
2. Notandum est etiam hinc obiter vxorem esse sepeliendam in sepulchro viri, si sepulchrum non elegisset, et si datur calix vir mulier duos, vel plures habentie viros, sepelienda est in sepulchro ultimi viri, c. 15 quis §. mulier, de sepulcris, in 6. Ex quo sequitur vxorem, qui in aliena Parochia mortua est, & sepulturam non elegit, transferendam esse ad tumulum sui viri. Ita Mollesius in *sam* tom. 2. tr. 1. c. 8. n. 22. & alij penes ipsum, quibus addit Belluttinum in disputat. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. nu. 15. & 16. vbi etiam num. 18. docet quod frater tristri eligere sepulturam nequit, pater filio puberi, nec mater filii, nec tutor pupilli, nec aucti nepoti, c. licer, vbi Farinac. de sepulta in 6. Baldus de Canón. Paroch. c. 11. num. 2. Medicis de sepulta, nu. 8. Io. Afinsiu in familiaria sepulcris de relig. & sumptu funer. Burfatus de conf. 226. n. 118. vol. 3. neque amicus amico sepulturam eligere potest. Riccius in *praxis resoluta* part. 1. resolut. 567. num. 14. si aliud existere.

existet de consuetudine, Gratian, lib. I. discept. forens. c. 294. post Franc. in d. licei, n. 3.

RESOL. X.

An Canonicus si non elegit sepulturam sit sepeliendus in Parochia, vel in Ecclesia Cathedrali? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 111.

§. 1. **A**d partes hanc questionem pertractat Iul. Lupius in elucubrat. tit. 2. c. 1. 1. à n. 62. s. que ad n. 85. Bonacina verò de contradispi. 3. qu. 21. punt. 3. n. 6. §. To. vult. Canonicum Ecclesia Cathedralis sepeliendum esse in Cathedrali, quia hæc est ipsius Parochia, & circa presentem questionem in causa occurrenti, vide Lapum alleg. 6. n. 4. Anchastanum conf. 3. 69. Tischium tom. 6. lit. I. concl. 93. n. 5. Archid. in c. statutum, §. cum verò de rescript. in 6. & alios penes ipsos.

RESOL. XI.

An peregrini morientes sine electione sepulture sint in Parochia, vel Ecclesia Cathedrali sepeliendi? Et quid de vagabundis, & illis, qui in villam ruralem se transtulerunt recreationis causa, ibique moriri sunt? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 113.

§. 1. **S**i commode possent transportari ad sepulchra simiorum suorum, id fieri debet, alias sepeluntur in Parochia, in qua moriuntur, vt docet Sylvester in sepultura, qu. 8. quem probat Iodoc. in eodem ver. n. 5. §. 2. quamvis Zabarella conf. 90. num. 1 quem probat Tusclus in ver. sepeliri, concl. 189. n. 5. affirmet in Ecclesia Cathedrali sepeliendos esse, quia tanta minori spatio non possunt dici facti Parochiani, & idem probat de vagabundis; sed si Parochia administrauit illis Sacramenta, ad ipsam spectat ius sepeliendi, nam sepultura magis accedit ad communionem Sacramentorum, quam ad communionem diuinorum officiorum. Et ita docet Mollesius in summa tom. 2. tr. 1. 1. c. 8. n. 10. vide etiam Gratianum c. 298. n. 15. & sequent. Seraphinum dec. 103. 5. & Belletum in disq. Clericor. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. n. 21.

2. Notandum est tamen hic obiter quod qui in vil- lam ruralem se transtulerit recreationis causa, ibique mortuus est, non electa alibi sepultura, hic sepeliendus est in Parochia ciuitatis, si ad eam commode transferri potest. Ita Panorm. in cap. in nostra, num. 10. de sepult. Ita alij.

RESOL. XII.

An si quis testatur infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri, sit in illa sepeliendus? Et an in dicto casu sufficiat dictum Confessarii tantum, vel codicilli invalidi? Ex part. 5. tract. 3. Rel. 106.

§. 1. **R**espondeo negariè, nam ad probandam electionem sepulturæ requiruntur saltem duo, vel tres testes, cum sit species ultimæ voluntatis, & agatur in ea de præjudicio Ecclesiæ parochialis, sicut

In indice primo huius Tom. 8. Vide Apendicem ad hunc Tract. 8. Vbi reperies alias multas quasi. missas. & diff. per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Casibus occur. Tempore mortu.

TRACT.

quælibet dispositio ad causas pias requirit numerum duorum, vel trium testium, & cum esses de testim. & in dœces Genuensis in praxis, c. 61. n. 10. & Iulius Laurentius in var. eti. curv. iii. 2. c. 1. n. 18. vbi addit. probati sepultrarum etiam codicillo invalido, vel per leprosum manu propria subscriptam, & etiam per testes singulares, vt si deponat audiens electam sepultrum à Francisco in tali loco, sed diversis temporibus. Imo in tali casu sufficere dictum Confessarii tantum tradit. Mollesius in summa tom. 4. tr. 1. 3. c. 8. n. 3. & ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, restatur Laurentius vbi supra n. 20. in fine.

RESOL. XIII.

An si moribundus committat vxori, filio, vel alteri electionem sua sepultura, talis electio fieri debet, evi- uenie? Ex p. 5. tract. 3. Ref. 105.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docet Geminianus in c. 1. q. 1. mulier. n. 6. de sepul. Lapus in c. 1. de sepul. in 6. quia talis commissio expira morte mandantis, & licet electio committi posset, & ipse committens decesserit commissione iam facta, non tam decesserit facta electione, & ideo acquisitione suis ius Ecclesiæ, in qua debebat sepeliri non electa sepul- tura; aliud enim est eligere sepulcrum, aliud electionem committere, & ita Neapoli feruntur, vt doce- Genuensis in Praxi Archiep. cap. 61. n. 1.

2. Verum Gutierrez de sacram. Confir. part. 2. c. 4. Menochius conf. c. 60. n. 6. Anchar. conf. 2. 1. 4. & alii, docent tenere huiusmodi electionem etiam post mortem committentes, vide illos; sed ad tollendas lites, superdicta electio efficaciter ante mortem committentes,

RESOL. XIV.

An si bona hereditaria non sufficient ad solvenda debita, possint adhuc deduci expensæ necessarie ad funus de- bitorum iam mortui? Et an expensas superfluas ad honorem, & pompan- mandam hæres facere possunt? Ex p. 5. tr. 3. Rel. 116.

§. 1. **R**espondeo deduci posse moderatas expensas necessarias ad funus debitorum iuxta qualita- tem ipsius, antequam haec solutio creditoribus, etiam crediteores habeant hypothecam in bona debitoris (sepeliendi), seu defuncti. Rario est, tum quia impensæ fu- neris precedunt omne debitum, s. penit. s. de religiosis & sumptibus funerum, & lat. si quis. §. 1. tit. edict. tum quia gravis necessitas excusat a restituitione, tum quia crediteores censemunt hoc rationabiliter permittare pro re tam necessaria, praesertim cum illa bona cen- feantur adhuc esse ipsius debitoris, & ita in hoc casu hæres præferatur exteris creditoribus. Vide Mollesium in summa tom. 2. tr. 1. 3. c. 8. n. 4. Petrum Navarra de ref. lib. 4. c. fin. n. 27. qui addit. expensas superflue ad honorem & pompan mandanam tutu conscientia hædem facere non posse, que quidem verba, vt appareat, non negant quod hæres non possit facere expensas mode- ratas, vt dixi, iuxta qualitatem mortui in numero Cle- ricorum, & Religiosum in quantitate laniuum, vel ultra, &c.